

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Freder

**IOHANNIS FREDERI || EUCHARISTIA. || ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1584

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698159110>**

Druck    Freier  Zugang



Frieder, Johann,  
Excerpta  
1584.

Cq

2122.

Gebunden bei  
**R. Fuchs**  
Hof- u. Universitäts-  
Buchbinder

69 - 2122.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1698159110/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698159110/phys_0002)



Gebunden  
R. Fuc  
Hof- u. Univers  
Buchbindere


6

Band

18933 B.

8 Helle

Gebunden  
**R. Fuc**  
Hof- u. Universi-  
täts-Buchbinderei



ΙΟHANNIS FREDERI  
ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ.



ROSTOCHII  
Typis Myliandrinis  
CIVICIS CI CI

Nonis VII<sup>brib.</sup> Anno 83.

I N P E S T E.

Jam mihi lethiferis mors casibus  
astitit atra:

At supplex adij pectore & ore  
Deum:

Ille mihi spes una fuit, fuit una  
salutis

Ancora, certa fuit lux mea,  
vita mea.


Incolunem qui me rapuit de mor-  
te propinqua,

O mea gratia Deo vivere vi-

ta fide.

Ex  
Bibliotheca  
Academiae  
Rostochiensis

1932.I.256



Reuerendo viro , doctrina

& virtute præstanti,

M. MICHAELI GESENIO,

Ecclesiæ Parchimensis in Noua

vrbe pastori fideliss., amico

veteri & caro

JOHANNES FREDERVS

S. P. D.

DOnum, vita, Dei est; qui totius arbiter æui  
Annumerat nostros distribuitq; dies :

Hunc colere autem vitæ super omnia, in omni  
Vita, vera hominis gloria, vera salus.

Hunc prece adorare, & mandata negotia obire,  
Quis vitæ auxilium, quis neget esse decus?

Esse decus summum vitæ, pietatis amorem,

Verū est: summus honestus, qui venit, inde ve-  
Optimus exaudit Deus intima vota piorum( nit,

Fertq; bono duris tempore rebus opem.

Ergo, seges grauium quia surgit ubiq; malo-  
Vna salus vni fidere nostra Deo. (rum,

Ardenterq; Dei pectus mollire precando,

Tollere qui solus publica damnata potest.

Tollere qui bellum, qui nouit reddere pacem,

Tam remouere lueam quam remouere famē.

Id modo cum faciat bonus, (idem quæso dein-

Id faciat) grata voce canendus erit, ( ceps

A 2

Gra-

Gratos esse Deus sibi nos iubet: inclita mater  
Gratia, virtutum, præmia magna capit.  
Ergo fuit diuina mihi quia dextera præstò  
Mirifice præstans commoda multa mihi:  
Tantorum memorem quoq; me ducet esse bono-  
Et laudes grata voce referre Dei: (rum,  
Ceu tenui compresa modo, sed pectore grato  
Grata Deo grata carmina voce cano.  
Quæ præclare tibi diuinæ præco salutis  
Inscribo, veteris nomine amicitæ.  
Te mihi mi MICHAEL doctis cultissime Musis;  
Musarum sanctus conciliauit amor,  
Et Charis & Pietas & Candor & ardua Virtus:  
Hinc mihi donec ero, carus amicus eris.  
Carmina pignus erit & erit mea carmina testes:  
Quæ pia vota ferunt complacitura tibi.  
Seruare in media voluit te peste, benignus  
Cum prope te caderent millia multa, Deus.  
Hoc commune tibi sit tecum tempore pestis  
Votum, communis ceu quoq; vita tibi:  
Qui nos in media potuisti peste tueri,  
Tū nos in media peste tuere Deus:  
Tu nos, tu patriam, patriæ tu protege patres:  
Tu pater o patria nos bonitate iuga:  
Ut tua dona, tuas laudes, tua facta sonemus:  
Ergo petita dabis, vel meliora dabis.



E Y-

E Y X A R I S T I A  
INITIO ANNI  
CIVIC.

**S**i tibi Natae Dei merito  
pia soluere vota  
Hactenus ex animo studuit mea  
Musa quotannis:  
Pectore nunc omni, nunc omni  
iure studebit  
Pro te proq[ue] tuis tibi donis solue-  
re grates:  
Tot mihi qua lapsō tua Gratia  
præstítit anno.  
Namq[ue] (fatebor enim) diuini  
signa fauoris  
Multa quidem conspecta mea  
sunt tempore vita:

A 3 At

*At tua se bonitas manifesta luce  
videndam,  
Obtulit in multis mihi totam sape  
procellis  
Eximiè, tot fata inter durissima  
rerum,  
Huins in exactis te præside men-  
sibus anni.  
Annì nangz noui tetigi quòd  
tempora viuus,  
Donum illustre tuum est: tibi ve-  
rè debeò vitam,  
Non Asclepiadæ, vel cura huma-  
nitus ulli.  
In media tu me potuisti peste  
tueri,  
Cum vicina darent homines con-  
tagia morti.*

*Hac*

Hac in verba fuit mihi fas erum-  
rumpere: parce,  
Parce mihi, mihi parce Deus,  
dextramqs salutis  
Porridge: lethifero prope me ser-  
pente veneno.  
Non truculenta manum mihi  
mors falcemqs metentem  
Inijciat, media florentum in par-  
te dierum:  
Exhilarata mea ne factio morte  
triumphet,  
Factio, qua litem mihi mouit  
pacis amanti.  
Protege me, sobolemqs meam so-  
ciamqs iugalem,  
Et placida tranquilla mihi da  
tempora vita:

A 4      Hoc

Hoc si velle tuum est, sique est hoc  
utile nobis:

Sic memorabo tuas aeterno carmi-  
ne laudes:

Tu bonus audisti mea vota; quid  
ergo vicissim

Reddo tibi? gratam cum grato  
carmine mentem.

Præterea in primis hoc clara vo-  
ce sonandum est:

Quod me consilio rexisti rebus in  
arctis,

Mirificè auxilians mihi. Quan-  
do namque vetustas

Ipsa, meas tandem renouari ius-  
serat ades,

Tu bonus affulges operis solesque  
serenos

Tot

(Tot pulcrosq; adeo, ut surgentis  
origine mundi

Vix alios maiore putem fulsisse  
nitore,

Ceu meminit, quicunq; potest me-  
minisse priorum)

Propitius tribuis : tristem procul  
esse ruinam,

Interitumq; hominum vario in  
discrimine stantum,

Efficis esse procul, malaq; inter-  
mixta refellis:

Irretire quibus nos Daemonis ira  
parabat :

In caput hoc quando coniurans  
factio prodit,

Cui feci bene, nec pro damnis da-  
mma rependi.

A 5                  Ante

Ante diu multumq; animo per-  
multa peregi,

Condere quam cœpi: quid fecero  
rectius (inquam)

Vendiderone domum potius, re-  
nouarene partem

Lapsuram? si vendidero quis for-  
sit an emtor,

Æs iustum dabit? haud quisq;  
dabit: ergo videri

Rectius hoc poterit, quod prudens  
suasit amicus:

Vt renouem renouanda, nec in  
discrimine verser

Lapsuri iam vestibuli, tectiq; rui-  
na

Contigi. Quid agam? tantum ne  
subibo molestia

Ædi-

*Ædificare domos granium res  
plena laborum est,  
Arte opus est, numis opus est, o-  
culis & acutis.*

*Quis scit mane nouo num sero  
vespere viuat?*

*Viuendum est veluti moriendo  
clausula vita*

*Cras sit ventura: & tamen est  
ita rursus agendum,*

*Ac si perpetuò fas sit tibi degere  
vitam.*

*In Domini facias summi facien-  
da timore:*

*Omne opus huius ope est felix:  
sine viribus huius,*

*Omne opus infelix, quamvis ho-  
mo strenuus instet.*

*Est*

Est satius reparare domum spar-  
tamqz decoram  
Reddere, quam sinere in dam-  
num pendere ruinosam,  
Et tandem cadere in nihilum vel  
nullius usus  
Aut certe exigu*i*, confusa & tur-  
bida passim  
Ruderacum gemitu aspicere, in-  
terituqz bonorum  
Et vita, rebus quae grati*o*r omni-  
bus una est.  
Principio medicina feret, quod  
sera negabit.  
Exurgunt mala quando duo, mi-  
nus elige cautus.  
Hac, quae visa fuit melior, sen-  
tentia vicit,

Tu

Tu bene fauisti mihi conditor  
optime rerum,  
Tu me, tuq; meos fouisti mitis  
& equus.  
Tu vires animi, tu vires cor-  
poris auge:  
Ut tibi grata canam faciamq;  
placentia tantis  
Pro meritis, longè, quæ splen-  
didiora fatebor,  
Quam satis ut complecti animo  
vel voce referre  
Sim par: usq; tamen tua laus no-  
menq; manebunt,  
Tu modo me serua, tu me rege  
maxime rector,  
Meq; doce doctor tu præstan-  
tissime JESV

Cur-

Curriculumque meæ fortuna post.  
modo vita.

Jamque nouus lapsis quia mensi-  
bus incipit annus,  
Sim nouus, & placeam tibi, sim  
tua cura, tuum cor,  
Ædibus inque nouis tibi sic noua  
vita probetur,  
Vt (tibi quando placet) mundo  
discedere discam,  
Prosper ouansque, noue mihi te-  
cum gaudia vita  
Munere parta tuo (noua qui de-  
missus ab alto es  
Progenies cœlo) capiam: cum  
puluere terra  
Excitus, immortalis ero, nouaque  
omnia cernam,

Et

*Et noua morte tua mihi reddit  
secula in ibo.*

F I L I O D E I

Seruatori hominum

Io. Frederus

XIX. Aprilis. Anno 1583.  
canebat.

*Gratia Natae Dei tibi sit, qui prouidus audis,  
Et bonus exaudis, quas tibi fundo, preces.*

*Instauraturis veteres Deus alme penates,*

*O adsis (dixi) nos tege, nosq; rege.*

*Tu nos protexisti, nos rexistiq; benignè:*

*(O quantū est, nostris rebus adesse Deum)*

*Ni protexisses, perīssent plurima casu,*

*Et simul (hei nimium quod graue) quin-  
que viri, certè)*

*(Est iactura hominum, iactura grauißima*

*Qui iussi fuerant scandere tigna domus.*

*Quæ vetera vñsq; adeo atq; adeo corrupta fuē-*

*Vt paucos nollent integra ferre viros. (res*

*Te cano, teq; canam, qui meq; meosq; tueris,*

*Tu quod enim seruas, perdere nemo po-  
test.*

A V-

A V G V S T I N V S  
in Psal. 144.

Noueris Deum misericorditer dare cu-  
dat: misericorditer auferre, cum tollit: Nec  
te credas à misericordia eius derelinqui,  
qui tibi aut blanditur dando ne deficias: aut  
corripit exultantem, ne pereas. Sive ergo  
in eius donis, sive in eius flagellis, lauda  
eum. Laus flagellantis, medicina est vul-  
neris. Cum timore debes esse quando tibi  
bene est: neque te ad hoc parare quasi nun-  
quam tenteris. Si enim nunquam ten-  
taris, nunquam probaris. Nonne  
melius est tentari & probari?  
quam non tentatum re-  
probari.



cu  
: Nec  
nqui,  
s: aut  
ergo  
lauda  
vul-  
o tibi  
nun-  
en-  
e



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1698159110/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698159110/phys_0024)



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1698159110/phys\\_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698159110/phys_0025)



Curriculum

Famqs ne  
bu

Sim nouis,

Ædibus in

Vt (tibi qu  
dis

Prosper ou  
cur

Munere par  
mi

Progenies ce  
pula

Excitus, imm  
omi

rtuna post.

qui mensi  
nus,

n tibi, sim

cor,

bi sic noua

) mundo

am,  
e mihi te  
vita

ea qui de  
es

m: cum

, nouaqs

,

Et

